

III. Quam Ecclesiasticam disciplinam uti modis omnibus probamus & in Ecclesiam post limi-  
niō revocari, optamus magis quam speramus: ita  
Pontificiam Satisfactionem, quippe quæ cum  
illa commune nibil obtinet, neque S. litera-  
rum autoritate nititur, reiçimus  
& detestamur.



## ARTICVLVS XV.

## DISPUTATIO XIX.

DE TRADITIONIBVS  
humanis in Ecclesiâ.

## THEISIS I.

**D**E ritibus Ecclesiasticis sive tradis-  
tionibus humanis in Ecclesia, eden-  
di Confessionem Protestantibus necessita-  
tem attulit criminatio Pontifícia, qua nostras  
reformatas Ecclesias indigno prorsus modo pra-  
gravare solebant.

2. Insimulabantur enim nostri Confusionis &  
atæcias, quasi impatientes essent omnis ordi-  
nis atque discipline, omnesque leges salutares  
convellerent.

Vnāt